

CÆSARIS CARENÆ CREMONENSIS, I.C.

SACRE THEOL. DOCTORIS EMINENTISS.
ET REVEREND. DD. CARD. CAMPOREI AUDITORIS,
Iudicis Conseruatoris, Consultoris, & Aduocati Fiscalis S. Officij.

A SANCTISSIMO D. NOSTRO URBANO VIII. ET EMINENTISSIMA
Universali Inquisitione specialiter deputati

TRACTATUS

DE OFFICIO SANCTISSIMÆ INQUISITIONIS, ET MODO PROCEDENDI IN CAVSIS FIDEI. INTRES PARTES DIVISUS.

- In quatuor
- I. Agitur de Romani Pontificis Potestate, universalis Romana Inquisitione, & Supremo Tribunalis S. Officij Regnis Hispaniarum, Episcopis, Inquisitoribus, ac exteris Iudicibus, & Ministeriis S. Inquisitionis, deque eorum electionibus, dignitatibus, praecedentibus, & immensibus.
 - II. Tractatur de heretici, & ceteris aliis delictis in specie ad S. Inquisitionis Tribunal spectantibus, antea quidem scotum impetrata, nunc vero multis additum, auctor reddit.
 - III. Verò tota Theologia, & Prædicta criminalis brevissimè abſoluta, maxime in ordine ad hoc Sacroſanctum Tribunal.

His accesserunt Quindecim Quesiti ad Inquisidores D. Guidonis Fulredi, olim Cardinalis, Episcopis Salinenſis, & postea Summi Romani Patriarcha Clem. IV. nunc apud eum, nunc primum impresa, & eiusdem Authoris annotatisibus illustrata: & nonnihil levioribus de felicitatibus ad turpia in Sacramentali Confessione, necnon Prædictio Granatenſis Tribunelis Sancti Officij.

Opus hoc omnibus Episcopis, Inquisitoribus, eorum Ministeriis, ac Consellariis, necnon Iudicibus Criminalibus, praetertim Iudicis Status Medicorum peritie, ac necessarium:

Haec nonnihil Editione addita fuit Praxis Inquisitorum FRANCISCI PROCLE Sacre Theologia, ac I.V.D. cum additionibus LXXXII. & Tractatus de Scrigibus eiusdem CAROLI, cum Iudicibus copiosissimis.



LUGDVNI
Sumptibus LAURENTII ANISSON.

M. DC. LXIX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



REVER^{MO} PATRI FRATRI
THOMÆ TVRCO
CREMONENSI,
TOTIVS ORDINIS PRÆDICATORVM
M A G I S T R O G E N E R A L I,

CÆSAR CARENA *Cremonensis I.C. & Sacra Theologia Doctor.*

ME^{MO} RACTATVM de Officio Sanctissimæ Inquisitionis iterum prælo
subiicio : illum vt tuo nomine dicarem, PATER REVERENDISSIME,
impulerunt plura nomina , quæ singula cæteros ad similia officia
præstanta solent inclinare , sapientia tua , mutua inter nos bene-
volentia, & meum referendæ gratiæ non studium modò, sed de-
bitum. Quantam enim quāmque excellentem tum humanarum
omnium, tum præsertim diuinarum rerum notitiam necesse est in illo reperiri, qui
in eo Ordine , in quo nata videtur , atque educata Theologia, primas semper ob-
tinuit, egitque partes docendi ? Qui studium Bononiense ex tota Prædicatorum
Familia celeberrimum bis Regentis munere moderatus est ? Cuius acumen Inge-
nij demirati Venetæ Republicæ prudentissimi Senatores, vt Vniuersitati Patavinae
à Doctore per Orbem Christianum Clarissimominis decus adderent, illum
ad Metaphysicas quæstiones explicandas honestissimo stipendio conduxerunt ?
Sed nullum exaggeratius, nullum magis ex vero petitum argumentum eximiæ
tuæ sapientiæ possit esse , quām quod nihil tale non modò sperantem , sed ne co-
gitantem quidem primum generalem totius Ordinis Procuratorem dixerunt, quo
in munere qualis extiteris inde manifestum est, quod mox intra paucissimos menses ,
Patres, quibus in Comitiis ius erat suffragij , vnanimi consensu supremum ac
Generalem eiusdem Ordinis Magistrum esse voluerunt. Nimirum à tua sapientia
quærebant rebus tunc perturbatis, nec inani, vt docuit euentus, expectatione præ-
sidium. Vix enim Te in moderatorem assumpto enauigauit Ordo in portum secu-
rissimæ tranquillitatis. Instituisti continuo profecitionem ex munere, vt Religio-
nem latissime pertinentem inuiseres. Quid attinet dicere quanto famam inter-
uallo præsentia superaueris? Legimus in annalibus Antiquorum sœpè multos itinc-
ta longissima suscepisse, vt sapientiam vnde vnde colligerent, ibit in posteros te,
vt spargeres, esse peregrinatum. Lustratine , an verius illustrasti nobilissimas pro-
uincias? Effecisti vt gauderent vniuersim populi, quod coram spectarent virtutem



CÆSARIS
 CARENÆ
 TRACTATVS
 DE OFFICIO SANCTISSIMÆ
 INQVISITIONIS,
 ET
 MODO PROCEDENDI
 IN CAVSIS FIDEI.

PARS PRIMA.

In qua tractatur de Potestate Romani Pontificis, de Vniuersali Romana Inquisitione, & supremo Tribunal S. Officij in Regnis Hispaniarum, Episcopis, Inquisitoribus, ac ceteris Iudicibus, & Ministris Sanctæ Inquisitionis, déque eorum Electionibus, dignitatibus, Præcedentiis, & Muneribus.

PRO O E M I V M.


 RACTATVR i materias ad Sanctæ Inquisitionis Tribunal spectantes, maiori quâ poterimus breuitate, Primò de Personis, mox de rebus, & vltimò de Actionibus agemus, iuxta antiquam Iuris diuisionem, de qua loco citato in lib. 3. ff. de statu hominum, & quia inter personas supremum locum tenet Summus Pontifex Roman. Ideò in hoc primo titul. de eo agere institui, & de eius iurisdictione maximè in ordine ad hoc Sacrosanctum Inquisitionis Tribunal.

Cùm autem idem Pentifex sit verus Iesu Christi Vicarius, cap. licet & cap. quanto cap. inter corporalia de translat. Episcop. cum aliis in progressu huius tituli allegandis, aliqua necessariò præmittenda sunt de Christo Domino, vt inde iuridictio ciudem Summi Pontificis magis ac magis illustretur.




D. GVIDONIS.
FVL CODII,
CARDINALIS
EPISCOPI SABINENSIS,

ET POSTEA SVMMI PONTIFICIS CLEM. IV,
Nuncupari, quæstiones quindecim ad Inquisitores,
nunc primum Impressæ:

CVM ANNOTATIONIBVS
CÆSARIS CARENÆ CREMONENSIS I.C.SACRÆ
Thelogiæ Doctoris, Eminentissimi & Reuerendissimi DD.
Cardinalis Camporei Auditoris, Iudicis, Conseruatoris, Con-
sultoris, & Aduocati fiscalis Sancti Officij,

¶ SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO VRBANO VIII,
& Eminentissima Urbis Congregatione specialiter deputati.



Consilium Domini Guidonis Fulcodij de
quibusdam dubitabilibus in negotio
Inquisitionis.

Inquisitio prænitatis heretica Predicatoribus
infra certos limites est insincta auctoritate
rescripti Apostolici, cuius tenor est.

REGORIVS IX. Prior
Provinciali Fratrum Praedi-
cotorum Provinciae Lombardie,
&c. Ille humani generis
peruiae inimicus, &c. infra
per Apostolica scripta tibi
sub diuinæ obtestatione indi-
catur, ut si ejus districte precipiendo mā-
demus, quatuor aliquos de Fratribus tuis tibi com-
missis in lege Domini eruditos, quos ad hoc idoneos
est non eris ad partes tibi secundum tuam ex-
ordinationem limitatas transmittas, & infra. Qui di-
ligenti perquirant sollicitudine de hereticis, &
fanatis, & si quos culpabiles, & infamati invenierint,
nisi examinati velint absoluere maledictis Ecclesiæ
obedire, procedant contra eos iuxta statuta nostra
contra hereticos nouiter promulgata. In recepta-
tores, defensores, & fautores eorum secundum
eadem statuta nihilominus processari. Si vero aliqui
Carceris de Offic. Inquisit.

heretica habe penitus abiurata ad Ecclesiasticam re-
dire voluerint unitatem, ipsis iuxta formam Ec-
clesie beneficium absolutionis independent & iniun-
gant eis, quod talibus consuetus intulit.

Post iniunctum ergo negotium Fratribus, Or-
dinarij nihilominus in eodem negotio processerunt,
quoscum absoluendo, & carceratos à Fra-
tibus relaxando, Frates vero, prout eis iniunctum
fuerat, procedentes præfixo tempore in
primis infra quod sponte redeentes imponita-
te gauderent: Post tempus expirare inquise-
re quodam per se audientes, licet pro suis sumptibus,
& Notarium fidatus à Prelatis debitum
subsidium nos haberent.

Quidam vero singularem personatum negotia
aliis comiserent, & cepti Inquisitione, quidam
domiciliis translaterunt, quidam se alias abstesta-
runt, quidam sponte confessi, & absoluvi ante
iniunctam sibi poenitentiam decesserunt, sine causa
secundi testimonij aliqui recusaverunt venire, aut
Privilégio se tuentes, aut ideo quia per Or-
dinarios etat eis sub pena excommunicacionis
prohibitum, ne depoferent, aut quia iurauer-
rant, vel vorerant se neminem in hoc crimine pro-
diguros.

Potè ex serie Inquisitionis quidam inventior-
tur hereticos adotatis, vel similia eis praefixa
obsequia, & tamen credentes fasce se negant:
Alij vero tolerasse, nec se factores confitentur:
Alij receperunt t Alij defendentur, & tamen
H h 3 recepta


FRANCISCI PEGNÆ
SACRÆ THEOLOGIÆ AC I.V.D.
Instructio, seu Praxis Inquisitorum,
CVM ANNOTATIONIBVS CÆSARIS CARENAE
Cremonensis Sacra Theologia, ac I.V.D.
LIBER PRIMVS.

P R A E F A T I O A U T H O R I S.

POTISSIMUM Institutum, & quasi scopus huius Operis est iudicare Episcopis, & Inquisitoribus hæreticæ prauitatis Praxim tutò seruandam in singulis actibus judicialibus à tempore quo rei denunciantur, usque ad finem Iudicij, quo illorum cauzæ expediuntur, in quo argumento ea, quæ magis utri Sacris Constitutionibus Canonicis, & presertim ad S Officium spectantibus, & stylo Supremi Tribunalis Sancte Romane Inquisitionis sunt conformia (quibusdam breuiter premisis, quæ viam dicendis, quasi aperire videntur) dilucide, & methodicè quantum subiecta materia permittit) demonstrabuntur. Hæc autem introductio quinque potissimum partibus, sive Libris continebitur.


In Primo generalia quædam de obligatione denunciandi Hæreticos, & de modo procedendi contra nos ipsos summatis explicabuntur.

In Secundo agetur de modo conficiendi in hoc foro validos, & legitimos Processus.

In Tertio peculiariter, & distinctè tractabitur de Magis, Necromanticis, Ariolis, sive Divinatibus, incantatoribus, Sortilegis, Veneficis, & Lamiis, & de modo procedendi in causis eorum.

In Quarto postquam processus fuerint perfecti demonstrabitur, quomodo singulorum Reorum cauzæ sint expedienda.

In Quinto, & ultimo singulorum ministrorum Sancte Inquisitionis officia, & ministeria recensebuntur, ut unusquisque intelligat quomodo fideliter suo munere fungi debeat.



CARENAE ANNOTATIONES
ad Praefationem Authoris.

S V M M A R I F M.

1. *Quis fuerit Pegna.*

2. *Quot Libros de hac materia conscripserit.*

3. *Ex quibz suppleri possit libri qui defuerit.*

4. **F**rançiscus Pegna Auctor huiusc Instructio-
nis Doctissimus vir fuit tuto Orbi benē no-
tus, ut ostendunt eius Commentaria in dicitoribus,
& Annotationes in lucernam Inquisitorum, ac Vi-
gnati de hæreticis, fuit Hispanus ex Regno Ara-
gonum, assumptus fuit in auditorem Rom. Rector

in locum R. P. D. Christophori Rubellieri die 14 Octobris 1583. ad eiusdem Tribunalis Decanatum ascendit die 9. Iunij 1604. in locum Eminenti. & Reuerendi E.D. Cardinalis Hieronymi Pamphilij Meritissimi Patrii Sanctissimi D.N. Innocentij Pa-
pæ X. quem diu Ecclesiz suæ Deus consécat eto-
lumen, ac tandem obiit in Decanatu die 21. Augu-
sti 1612. Rubeus Senior in singularibus tom. I. p. 1.
in principio folio mihi 6. Cantalmalias in sua Se-
ctanea ex Rota in Catalogo Auditorum Rota.


Duo tantum Primi huiusc Auctoris Libri repre-
sentati potuerunt, alij autem tres facta omni possibili
diligentia inueniri minimè potuerunt, ut mihi at-
testatus fuit R. Eminentiss. D. meus Cardin. Gem-
poreus. Vnde ego addidi tractatulum de modo pro-
cedendi contra Striges, & Maleficos, quia materia
necessaria est in hoc foro, ut suppleatur liber tertius
Auctoris qui deest.



CÆSARIS CARENÆ ANNOTATIONES.

Ad modum procedendi in causis Strigum,
& Maleficorum.

PROPOSVERAT Pegna materiam hanc pertractare in tertio huius tuz Instructionis Libro, & quoniam hic non fuit inter eius Opera reper-
tus, pro debilitate ingenij mei aliqua de hac re scribere quam brevi-
am decreui. Inueni in nostris Inquisitionibus Italie per Reuerendissi-
morum Inquisitorum manus circumferri scripturam quandam bre-
uem huiusc argumenti. Animaduerti eam doctissimam religiosissi-
mam, & verissimis Iuris nostri principiis ac veræ pietatis Christianæ
fundamentis innixam. Hanc statui Annotationibus illustrare, ne in toto hoc Opere, quod
ad D. O. M. B. semper Virginis Mariae, ac Dominæ noæ, omnium Sanctorum laudem, &
Venerabilium Inquisitorum utilitatem imprimendum curo. Additionatoris manus exce-
dam. Interim, benign. Lector, de huiusc Criminis Lamiatus, & Sortilegij inumanitate,
de dupli Magix genere diuinatrice, & operatrice. deque istorum generum pluribus spe-
ciebus, vide Torrebl. de *Magia integrō libro secundo*, & *tertio*, & eundem in suo lauda-
tissimo, doctissimo, & eruditissimo Tractatu de *lure speciali à lib. quinto, usque ad lib. 12.*
vbi larij, & longè doctius materiam hanc perrauit, quam alia id prestiterit Delrius,
& verè Liber hic *de iure speciali* dignus est qui semper ante oculos Inquisitorum in hoc
Crimine habeatur.



INSTR VCTIO PR O formandis processibus in causis Strigum, Sortilegorum, ac Male- ficorum.

S V M M A R I V M .

1. *Errores plures committuntur in formandis processibus contra Striges, sive Lamiat.*
2. *Vix transmutatur ad Supremum Tribunal processus in hac materia legitime facti.*
3. *Sententiae in hac materia plures in Hispania late à Suprema illorum Regnorum Inquisitione re-
negatae.*
4. *Convenit maximè à decisione Dolana Grivel. 33.*
5. *Ordinarij etiam contra Striges est procedendum.*
6. *Ob deceptiones que in hoc crimen contingere pos-
sunt, maiori cum cautela est procedendum.*
7. *Contra Iudices faciles, & proclives contra bui-
m, si reas remissas.*
8. *Laudie denuncianda sunt Inquisitoribus etiam uide
la premissa correctione frateris.*
9. **E**XPERIEN TIA rerum magistra aperte
docet grauitissimos quotidie coenmitti errores
a diversis Ordinariis, Vicariis, & Inquisitoribus

in formandis processibus contra Striges, sive La-
mias Maleficas in notable pugnacium, tam ini-
tiale, quam in huminodi malicie inquisita-
rum, itavt in Sacra Romana, ac universali
Inquisitione aduersis hereticam primitatem Ge-
nerali Congregatione longo tempore obseruatum
est, vix unquam repertum fuisse aliquem processum
similem recte ac iudicè formatum plerique ne-
cessit fuisse quimplures indices reprehendere, &
multiores etiam puare ob indebetis vexationes,
Inquisitiones, cæcerationes, necnon diversos tra-
los, & impertinentes modos habitos in forman-
dis processibus, scilicet interrogacionis, excessu tortu-
ris inferendis, itavt quandoque contigerit iniu-
stas, & iniquas profecti sententias, etiam vicii
supplicij, sive traditionis brachio seculati, & re-
cipita compunctum est multos indices, minus faciles,
ac proclues fuisse ob leue, aut minime indicium
credere aliquam mulierem esse strigem, & ideo
nihil omnino prætentisse, vt ab huminodi mu-
liere, etiam modis illicitis talcm confessionem ex-
torquens, cum torne, tantisque invenit in mili-
tibus, varietatibus, & contradictoribus, & super ta-
li confessione, nulla aut modica vis fieri possit
quapropter, vt tam Ordinarij, & eorum Vicarij,
quam Inquisidores de cetero magis carui esse po-
sunt, in conficiendis huminodi processibus, inscri-
ptua diligenter, & accusatè proculis habeant, &
considerent &c.